





Epistola

L 
 Lectio Epistolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Gá-latas.


F 
 RATres: Spí-ritu ambuláte, et desidéri-a carnis non perfi-ci-é-tis.



 Caro enim concupíscit advérsus spí-ritum, spí-ritus autem advérsus car-



 nem: hæc enim sibi ínvicem adversántur, ut non quæcúmque vultis, illa



 faci-á-tis. Quod si spí-ritu ducímini, non estis sub lege. Mani-fésta sunt



 autem ópera carnis, quæ sunt fornicá-ti-o, immundí-ti-a, impudi-cí-ti-a,


 luxúri-a, idolórum sérvitus, vene-fí-ci-a, inimi-cí-ti-æ, contenti-ónes,


 æmula-ti-ónes, iræ, rixæ, dissensi-ónes, sectæ, invídi-æ, homi-cídi-a,


 ebri-etátes, comessa-ti-ónes, et his simí-li-a: quæ prædíco vobis, sicut



 prædíxi: quóni-am, qui tá-li-a agunt, regnum De-i non consequéntur. Fruc-




tus autem spír-itus est: cári-tas, gáudi-um, pax, pa-ti-énti-a, beníg-ni-tas,



bóni-tas, longaní-mi-tas, mansu-etúdo, fides, modésti-a, continénti-a, cásti-



tas. Advérsus hujúsmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem



su-am cruci-fixérunt cum ví-ti-is et concupiscénti-is.